L'intention des Pères conciliaires, en élaborant la Constitution sur la Liturgie, a été clairement manifestée: non pas appauvrir le trésor de musique sacrée de l'Eglise, mais bien l'enrichir; non pas dissocier, mais associer fidélité à la tradition et ouverture au renouveau: unir, en somme, dans un sage équilibre, à l'exemple du scribe de l'Evangile (*Matth 13, 52*), *nova et vetera*, l'ancien et le nouveau.

En ce qui concerne notamment le chant traditionnel, la récente Instruction de la Sacrée Congrégation des Rites sur « la Musique dans la sainte Liturgie », qui met en une si vive lumière le rôle et la nécessité des Chorales et *Scholae cantorum* en ce lendemain de Concile, recommande expressément « l'étude et la pratique du chant gré-

⁵ *L'Osservatore Romano*, 6 avril 1967.

gorien, qui reste, dit-elle, en raison de ses qualités propres, une base de haute valeur pour la culture en musique sacrée » (art. 52).

Nous savons, chers Fils, que vous vous appliquez, dans un esprit de parfaite docilité à l'Eglise, à promouvoir à la fois ce chant traditionnel de l'Eglise — grégorien et polyphonique — et les nouvelles créations musicales en langue française, et Nous vous en félicitons. Puissiez-vous ainsi contribuer à donner de plus en plus aux célébrations liturgiques ce caractère d'élévation et de beauté qui aide tant les âmes à s'approcher de Dieu!

LITURGIA ET CONTEMPLATIO

Ex allocutione ad Moderatrices generales Religiosarum, die 7 martii 1967.⁶

La liturgie est aussi et doit rester, avec l'Ecriture Sainte, l'un des aliments substantiels où se nourrit la contemplation. On a dénoncé à bon droit (J. et R. Maritain: *Liturgie et contemplation* - Desclée de Brouwer, 1959) l'objection factice qui consiste à opposer la prière publique de l'Eglise à l'oraison mentale. Ces deux grandes réalités surnaturelles doivent être associées et non pas divisées. D'une part la prière liturgique — maintenant surtout que chacun peut y participer plus pleinement — est une aide précieuse pour les âmes contemplatives dans leur ascension spirituelle.

Et par une sorte de causalité réciproque, rien ne dispose l'âme à participer fructueusement à la liturgie, comme l'habitude de la vie intérieure.

⁶ *L'Osservatore Romano*, 9 marzo 1967.

IN LITURGIA NIHIL EST PARVUM

*Die 30 martii 1967, Beatissimus Pater, peculiari Audientia excepit 5.000 « Iuvenes Ministrantes » ex variis nationibus, participantes II Conventum internationalem Ministrantium, a Comité international des « Ministrantes » (CIM) ordinatum. Hunc coetum Beatissimus Pater, ita allocutus est:*⁷

Vous Nous offrez, chers Fils, dans vos belles aubes blanches, un spectacle magnifique, qui réjouit Nos yeux et Notre cœur, et c'est bien volontiers que Nous vous adressons la parole, pour répondre au désir exprimé en votre nom par votre ami et protecteur à Rome, le très digne Cardinal Archiprêtre de Saint-Pierre.

Les termes dans lesquels il vous a présentés Nous invitent, en effet, à penser que la blancheur de vos vêtements n'est que le reflet de celle de vos âmes, où le contact avec le Saint Autel entretient et développe la foi, la piété, la pureté, et toutes les vertus qui attirent les complaisances divines.

Vous vous souvenez de ce jeune homme de l'Evangile qui avait assidûment cultivé ces vertus depuis son enfance: l'évangéliste nous assure que le regard du Christ se posa sur lui avec amour: *Iesus, intuitus eum, dilexit eum*. Jésus, l'ayant regardé, l'aima (*Marc 10, 21*).

Il Nous semble voir ce regard du Sauveur posé ainsi sur chacun d'entre vous avec une prédilection toute spéciale: n'êtes-vous pas ceux qui l'approchent de plus près, en servant à l'autel? Et quoi d'étonnant que son appel à une intimité plus grande encore avec lui retentisse parfois — comme on vient de nous le dire — au cœur de tel ou tel d'entre vous?

Chers Fils, les consignes que Nous voulons vous donner tiennent en deux mots: soyez fidèles à vous acquitter exemplairement des fonctions liturgiques qui vous sont confiées; soyez attentifs à la voix du Christ s'il daigne vous appeler à le suivre de plus près.

Etre fidèle: c'est tout un programme de vie.

Dans le mot *fidélité*, il y a, comme vous le savez, la foi — *fides* — cette foi que vous êtes venus raviver à Rome sur les tombeaux des Apôtres; cette foi dans laquelle Saint Paul, arrivé au terme de sa vie terrestre, résumait en quelque sorte toute sa carrière d'apôtre:

⁷ *L'Osservatore Romano*, 1^o aprile 1967.

fidem servavi, disait-il à son disciple Timothée (2 *Tim* 4, 7). J'ai gardé la foi. J'ai été fidèle à Dieu, au Christ, à l'Eglise, fidèle à ma vocation, au ministère qui m'avait été confié. Que cette fidélité soit la vôtre. Et qu'elle se vérifie plus particulièrement dans le domaine auquel vous appliquez vos fonctions de servants de l'autel.

Il pourra vous sembler parfois que la Liturgie est faite de bien petites choses: attitudes du corps, génuflexions, inclinations de tête, maniement de l'encensoir, du missel, des burettes ... C'est alors qu'il faut vous souvenir de la parole du Christ dans l'Evangile: « Celui qui est fidèle dans les petites choses le sera aussi dans les grandes » (*Luc* 16, 10). D'ailleurs rien n'est petit dans la Sainte Liturgie, quand on songe à la grandeur de celui auquel elle s'adresse.

Ainsi donc, chers Fils, soyez exemplairement fidèles à vous acquitter de vos fonctions sacrées. Mettez-y toute votre application, tout votre cœur, tout votre amour.

Et puis l'attention à l'appel divin. Nous vous confierons une de Nos angoisses: devant l'immensité de la tâche que représente ce monde moderne à évangéliser, Nous Nous demandons parfois: où et comment trouver assez de prêtres, assez de religieux pour suffire à la besogne? Ne semble-t-il pas que Dieu appelle en vain? que la jeunesse d'aujourd'hui ne veut plus l'entendre? qu'elle n'a plus le goût de Dieu, le sens de l'idéal, l'attrait du sacrifice?

Chers Fils, bon nombre d'entre vos aînés ont donné un démenti éclatant à ces craintes! Puissiez-vous, en grand nombre, suivre leurs traces! Soyez attentifs à ne pas laisser se perdre et rester sans écho la voix qui appelle. Et priez tous avec ferveur pour que le Christ se choisisse dans vos rangs de nombreux continuateurs de son sacerdoce.

Ad iuvenes ex Italia, haec inter alia, dixit:

Continue così, figli diletteggissimi; crescete di numero e di qualità; rendete sempre più fervido e personale il vostro amore a Gesù, che vi guarda con occhio di predilezione, vivendo di Lui ogni istante della vostra vita, e facendo a Lui servire le integre e ardenti forze della vostra età, bella come la primavera; beati voi, cari ragazzi e giovani, che, allenati alla scuola serena e corroborante della Liturgia, potete guardare alla vita con occhio limpido e pensoso, sostenuto dalla fede, trasfigurato dalla grazia, formandovi all'esercizio delle più solide e costruttive virtù cristiane.

OCTAVA SESSIO PLENARIA « CONSILII »

Sessio plenaria VIII Patrum « Consilii » celebrata est in Civitate Vaticana a die 10 ad 19 mensis aprilis 1967, eam participantibus 38 ex 48 Patribus qui « Consilio » adnumerantur. Absentes prohibiti sunt quominus coetus adessent aut ob infirmam valetudinem aut quia laboribus Conferentiae Episcopalis suae nationis detenti.

Hebdomada immediata praecedente, idest a die 3 ad 8 aprilis, convenerat coetus Relatorum, qui schemata a Patribus examinanda et a singulis coetibus a studiis parata ipse prius perpendit.

Ordo agendorum sequentes quaestiones praevidebat:

1. De Officio divino (De structura generali, de psalmis distribuendis, de lectionibus biblicis, patristicis et hagiographicis, de hymnis, de cantibus Officii).

2. De Ordine Missae et praesertim de Missa privatim celebrata, de novis quibusdam praefationibus inducendis, atque de novis precibus eucharisticis.

3. De Baptismo parvulorum.

4. De Matrimonio.

5. De Paenitentia.

6. De Relationibus ad Synodum Episcoporum.

Sessio magni momenti fuit, eo quod post tres annos intensi laboris ex parte coetuum a studiis, qui opus suum in silentio et seorsim perfecerunt, datum est, saltem pro una alterave parte visionem vere totalem habere, prae manibus habendo schemata sat definita. Materia abunde collecta, atque Patrum deliberationes sinent nunc labores expeditius procedere.

Initio Sessionis, Em.mus Praeses, Patribus approbantibus, sequens nuntium telegraphicum Summo Pontifici misit:

In luce festi Leonis Magni

Consilium ad exsequendam Constitutionem liturgicam

Sanctum Patrem PAULUM VI

Praesidem in caritatis coetu

ac Liturgiae sacrae restauratorem acclamat:
gratias agit pro opere summa fiducia commissum
grates ex orbe contestatur et offert fructus:
fidem auctam
spem roboratam
mysteriis paschalibus
fervidiore animo
auctoque numero celebratis;
gratanter eius doctrinam
verbo, litteris lege traditam accipit.

Dominus Te conservet, Pater Sancte,
illuminet et vivificet
ut Leonis Magni vestigia secutus
sacramentaria innoves
et pacis sacramenta confirmes.

Cui nuntio Beatissimus Pater, tramite Cardinali a Secretis Status, benigne respondit:

Augustus Pontifex gratissime affectus flagrantis reverentiae significatione quam tu nomine quoque virorum in Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia allectorum disertis verbis caritate plenis die festo Sancti Leoni Magni exprompsisti vicem testatae pietati rependit divini Paracliti invocans lumen roburque istius Consilii laboribus ut Dei honorem Ecclesiae Sanctae decorem animorumque fructum indefatigata sollertia idem proveat atque propaget dum Apostolicam Benedictionem paternae benevolentiae testem peramanter impertit. Cardinalis CICOGNANI.

Eosdem autem benevolentiae sensus atque paternam fiduciam in « Consilium » idem Beatissimus Pater ostendit ultima die Sessionis, cum ipse « Consilium » in Aula Congregationum Palatii Apostolici adunatum adire dignatus est, illudque humanissima Allocutione hortatus est, quam supra retulimus.

Durante Sessione « Consilii » quidam libellus diffusus est Romae et quibusdam aliis in civitatibus contra opus renovationis liturgicae, contra « Consilium » et praecipue contra eius Praesidem; diaria quaedam vocem suam cum iniustis et calumniosis affirmationibus illius scripti consociaverunt. Die 17 aprilis « Consilium » voluit suum animum solidalem Em.mo Praesidi manifestare. Nomine plenarii Coetus, initio sessionis postmeridianaе, Exc.mus DD. Renatus Boudon, Consilii Praesidentiae sodalis, haec sollemniter dixit:

« J'ose prendre la parole au nom de tous les membres du " Conseil » pour l'application de la Constitution sur la Liturgie.

Nous assurons Son Eminence le Cardinal Lercaro de notre affectueux attachement et de notre pleine solidarité. Les événements dont sa personne et les fonctions qu'il assume ont été l'objet, ont retenti douloureusement dans le cœur de chacun d'entre nous.

La réforme liturgique a été voulue par le Concile Vatican II. La Constitution sur la sainte Liturgie en a donné les fondements et précisé les principes. Les décisions du Siège Apostolique et des Conférences épiscopales en ont introduit les premières applications.

C'est pourquoi le " Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia " déplore avec énergie et tristesse les écrits — quels qu'en soient les auteurs — qui attaquent un renouveau dont les fruits de vie chrétienne sont si abondants et calomnient ceux qui ont reçu du Saint-Père la charge de les mettre en œuvre ».

Sódales omnes, uno corde unanímique plausu praedicta verba acceperunt, sensus caritatis erga Cardinalem Praesidem manifestantes.

Cardinalis Lercaro autem, animo commotione attacto, at secura et vibranti voce, nobilibus opportunisque verbis respondit, fidem suam firmissimam exprimendo in operam et doctrinam Concilii Vaticani II; filialem ac devotum animum pandens in Summum Pontificem, qui sodales omnes, quotquot in « Consilio » operam impense navant, vocavit ad opus instaurationis liturgicae perficiendum sub ipsius immediato et augusto moderamine; erga « Consilium », quod voluntatem

et mentem sive Concilii sive Summi Pontificis fideliter et generose exsequens indefesso et sagaci labore et in spiritu constantis servitii, totius Ecclesiae Episcoporum fiduciam et spem bene meruit.

His sensibus, conclusit Em.mus Cardinalis Praeses, usque ad finem renovata et strenua voluntate pergere volumus, ut opus Dei consilio, non nostra electione nobis concreditum omnimode perficiamus.

DE LABORIBUS SESSIONIS

De Officio divino

In praecedentibus Sessionibus singuli coetus a studiis relationes particulares semper obtulerunt de laboribus a se peractis, et ideo problemata quodammodo particularia tantum disceptata fuerant. Hac vice vero facultas data est Patribus et Peritis universum opus usque adhuc peractum una simul conspicere: etenim initio Sessionis ipsis distributum est volumen ex dugentis quinquaginta paginis constans, in quo, praeter universum Psalterium per quattuor hebdomadas distributum, specimen exstabant integri Officii pro una hebdomada, durante Sessione ab ipsis persolvendi, quo facilius et clarius postea valerent de universa quaestione disceptare et conclusiones colligere.

Labores ergo coetuum a studiis eo pervenisse videntur ut, lineis generalioribus quodammodo iam definitis, maneant nunc complenda et quaedam particularia et collectio textuum: quod tamen paucis mensibus certe non fiet, sed temporis spatio sat ampliore.

En quaedam elementa generaliora ad structuram Officii a « Consilio » approbata.

1. Laudes et Vesperae, quae, iuxta Constitutionis praeceptum, velut cardo sunt totius Officii, ita instruentur ut tum a communitate coadunata tum a solo bene persolvi possint. Tribus ergo tantum psalmis constabunt, data facultate addendi, pro opportunitate, lectionem longiorem loco hodierni capituli, et adiectis in fine Laudum precibus ad diem et laborem offerendos, et in fine Vesperarum oratione universali.

2. Ad Horas minores quod attinet, quae ab omnibus obligatione est persolvenda, psalmodia in ordine Psalterii occurrente instruetur, dum aliae quae ad libitum remanent psalmis invariabilibus donabuntur. Hac ratione facultas fit iis qui possunt aut volunt aut debent

tres Horas persolvere, iis qui unam tantum recitare possunt ac praeferunt illam solam persolvere quin psalmos in cyclo totius Psalterii omittant.

3. Completorium psalmis variabilibus instruetur, aliis elementis traditis huic Horae propriis retentis, attamen in cyclo unius tantum hebdomadae. Psalmi qui huic Horae assignantur iam in aliis Horis, non tamen eiusdem diei, occurrunt.

4. Matutinum tribus tantum psalmis constabit, cum lectionibus tamen aliquatenus longioribus ac nunc.

5. Distributio psalmodum fiet per cyclum quattuor hebdomadarum, Horis praecipuis atque Completorio psalmos assignando qui aptius indoli illarum Horarum respondeant, atque nonnullis repetitis hinc inde psalmis qui magis amantur.

Omnes psalmi in Psalterio currente retinentur, psalmis sic dictis historicis ad Matutinum assignatis, atque data facultate omittendi pro opportunitate in uno alterove psalmo quosdam versus duriores seu « imprecatorios », praesertim in celebrationibus cum populo.

6. Ordo lectionis biblicae haec praevidet:

a) Tempore Adventus legitur, iuxta traditionem, Isaias;
b) Tempore Nativitatis legitur Epistola ad Colossenses;
c) Tempore Quadragesimae, primis quattuor hebdomadibus, praebetur conspectus historiae salutis ex libris Exodi, Levitici, Numerorum et Deuteronomii; ultimis vero duabus hebdomadibus legitur ex Ieremia et lamentationibus.

d) Tempore paschali leguntur I Petri (per octavam Paschae) ac deinde Actus Apostolorum (reliquo tempore).

e) Tempori per annum assignabitur cyclus duorum annorum, ita ut unoquoque anno habeantur lectiones Veteris Testamenti et lectiones Novi Testamenti. In unoquoque tamen ex duobus annis historia salutis sub diverso respectu illustrabitur: in anno pari incipiendo a Genesi cum excerptis ex libris sapientialibus, in anno impari incipiendo a libris Samuelis et Regum cum excerptis e libris prophetis.

Si comparisonem inter hodiernum et futurum ordinem lectionum quis instituere vellet, inveniet, etsi non omnia iam certo definita habeantur, ut partes Scripturae quae legendae offerentur, duplicatae habebuntur respectu textuum hodiernorum.

7. Lectiones patristicae pro singulis diebus habebuntur, e scriptoribus ecclesiasticis tum antiquioribus, tum etiam recentioribus de-

sumptae. Habebitur autem et Lectionarium ad libitum, quod textus ampliores quam Breviarium contineat, atque plurimos alios textus ad libitum.

8. Lectiones hagiographicae ad veritatis historicae leges redigendae erunt, atque ita ordinandae ut utilitas spiritualis lectoribus nostrae aetatis obveniat. Pro Sanctis antiquiorum temporum sumentur, si exstant, acta authentica aut sermo vel scriptum alicuius Patris; si vero ipse Sanctus scripta reliquit, ex iisdem sumetur lectio. Pro Sanctis vero recentioribus textus noviter conficiuntur. Initio autem lectionis, ad modum rubricae, ponentur illa elementa chronologica et biographica, quae utiliter ex ipsa lectione extrahuntur.

9. Hymni in Officio locum suum retinebunt, facta tamen opportuna selectione tum ex iis qui in usu nunc habentur tum e tradito thesauro. Conferentiis tamen episcopalibus facultas fiet aptandi hymnos latinos ad genium propriae linguae, atque novas creationes hymnicas introducendi.

10. Antiphonae et responsoria funditus recognoscentur aut ex novo creabuntur, ut muneri suo apte respondeant.

De Missa

Ordo Missae, quoad lineas generales, probatus iam fuerat a « Consilio » mense octobri anni 1965. In hac Sessione ergo elementa tantummodo quaedam particularia examinata et approbata sunt, necessaria ut structura perficeretur. Schema a Patribus approbatum respicit « Missam normativam », idest Missam celebratam cum populo, de more in cantu, cum lectore et uno saltem ministrante, cum schola vel saltem uno cantore, ipso populo cantum participante. Super lineas huius celebrationis ordinanda erunt schemata aliarum formarum.

In hac Sessione Patres approbaverunt lineas generaliores Ordinis pro Missa quae privatim, idest sine populo, celebratur.

Pars maior laboris, sive quoad examen sive quoad tempus, tributa est examinandis atque, ad « Consilium » quod attinet, probandis novis textibus precis eucharisticae. Omnibus enim notum est plura exstare desideria, et quidem legitima, ut in liturgia romana, simul cum Canone romano tradito, aliae habeantur preces eucharisticae, quae ipsum thesaurum euchologicum Ecclesiae Romanae ditiores reddant.

Incongruum enim visum est venerabilem Canonem romanum quovis modo tangere aut immutare; manebit ergo in liturgia romana

veluti venerabile monumentum totius traditionis. Illi autem aliae quoque formulae addentur, indoli romanae quidem respondentes, sed aliquatenus diversae quoad structuram generalem et partium contentum atque dispositionem.

« Consilium » tres formulas novas precis eucharisticae probavit, quarum en brevis descriptio:

Formula I, brevior, redigitur ad similitudinem antiquissimae anaphorae Hippolythi, e qua etiam elementa aliqua desumit. Habet praefationem propriam, attamen componi potest etiam cum aliis praefationibus, in quibus oeconomia salutis modo synthetico exponatur.

Formula II componenda cum praefationibus nunc exstantibus aut conficiendis, nullam habet gratiarum actionem in *Post-Sanctus*.

Formula III, quae typo anaphorae orientalis aliquomodo appropinquat, praebet praefationem fixam, in qua Deus laudatur propter creationem in genere. Deinde post Sanctus exponitur oeconomia salutis inde a creatione hominis usque ad Pentecosten. Potest adhiberi diebus qui praefatione propria carent.

Pro Missis defunctorum atque pro quibusdam circumstantiis peculiaribus, praevidentur etiam aliquae partes variables in precem eucharisticam inducendae, quae peculiaris celebrationis rationem habeant.

In hac eadem Sessione « Consilium » approbavit etiam aliquas praefationes, quae magis desiderantur in Missali hodierno, nempe pro Adventu, pro dominicis Quadragesimae, pro dominicis et festis per annum, pro Missis de SS.ma Eucharistia. Spes est ut huiusmodi praefationes ad experimentum concedantur.

Ordo Baptismi parvulorum

Principia generalia structurae huius ritus approbata erant a Patribus in Sessione mensis octobris 1966. Nunc oblatus est examini Patrum textus totius ritus cum rubricis et textibus necessariis, fructus sessionum particularium coetus habitatum in fine mensis octobris et mensis decembris 1966 atque mensibus ianuario et februario 1967.

Norma fundamentalis totius ritus est ut « verae infantium conditioni accommodetur », prouti in art. 67 Constitutionis edicitur. Proinde celebratio potius quam ad ipsum infantem baptizandum, in genere ad parentes et paternos dirigitur. Praevidetur enim aliqua brevis liturgia verbi, concludenda oratione communi, in qua gratia Dei super ipsum

infantem et eius parentes ac patrilinos, intercedentibus Sanctis, invocatur; promissiones etiam et renuntiationes, sicut et professio fidei fit a parentibus et patrilinis, eo quod in fide Ecclesiae infans baptizatur.

Partes etiam parentum, simul cum partibus patrinoꝝ, clariore luce ponuntur tum ope monitionum tum ope ipsius celebrationis quae eos implicat. Benedictio insuper matris modo organico in ipsa conclusione ritus inseritur et ad utrumque parentem extenditur.

Insuper celebratio suadetur peragenda die dominica, quo connectio cum mysterio paschali clarius eluceat, atque communitate, quantum fieri potest, coadunata, et pro omnibus recenter natis simul.

Ritus proinde non est simplex reductio ritus Baptismi adultorum, prouti erat ritus usque adhuc in Rituali exstans, sed novum quid, rationem habens verae condicionis infantium, qui neque intellegunt neque loqui valent, necnon omnium principioꝝ quae in Constitutione sanciantur de brevitate, perspicuitate, natura communitaria rituum.

Plures insuper aptationes ad ingenium et traditiones populorum decursu rituum in rubricis indicantur ab auctoritatibus territorialibus faciendae.

Restat autem ut etiam alius ritus, simplicior et brevior, qui respondeat praecepto art. 68 Constitutionis paretur. Ritus enim Baptismi adultorum, qui rationem habet catechumenatus adultorum per gradus dispositi iam experimentis subicitur pluribus in coetibus diversis in regionibus.

De ritu Matrimonii

Structura generalis ritus probata est a Patribus mense octobri 1966, durante VII Sessione; proinde munus coetus a studiis nunc fuit praebere integrum ritum, una cum formulis necessariis. Nunc autem exaratus et probatus est ritus celebrandi Matrimonium intra Missam.

Caput primum continet praenotanda quaedam doctrinalia de dignitate Matrimonii in populo Dei, de natura ipsius Matrimonii, de coniugum muneribus et obligationibus, et quasdam normas pastorales.

Caput alterum normas praebet tum de aptando ritu generali proposito in Rituali ingenio et traditionibus populorum, tum de novo ritu conficiendo, ad normam artt. 63b et 77 Constitutionis de sacra Liturgia.

Caput tertium demum ipsum ritum continet, una cum formulis interrogationum praevariarum, manifestationis consensus, benedictionis et traditionis annulorum. Oratio super sponsam recognita est, ad nor-

mam art. 78 Constitutionis, ita tamen ut simul remaneat oratio super sponsam, iuxta ipsius genuinam et primaevam naturam, et simul « aequalia officia mutuae fidelitatis utriusque sponsi inculcet », iuxta veram rerum condicionem nostrae aetatis.

Praevidendus adhuc remanet ritus celebrandi Matrimonii sine Missa.

Necessariae aptationes faciendae cum matrimonium contrahitur inter partem catholicam et non catholicam in ipso textu innuuntur.

De Paenitentia

Cum coetus peculiaris huic quaestioni studendae nuper tantum sit constitutus, et prima vice mense februario huius anni convenerit, potuit tantum elementa quaedam examini Patrum proponere, quae veluti initium sunt totius itineris. Praevidetur enim recognitio ipsius ritus eiusque formularum, atque opportunum iudicatum est aliquas normas generaliores proponere, quae celebrationes quas « communitarias » dicunt huius Sacramenti, moderentur.

ADUNATIONES COETUUM A STUDIIS

(februario-martio 1967)

28 *februarii* 1967, apud *Neuilly-sur-Seine*: Coetus 4 « de lectionibus biblicis in Breviario ». Relator: Mons. Aem. Lengeling.

2 *martii* 1967, Parisiis: Coetus 13 « de Missis votivis ». Relator: P. A.-M. Roguet, OP.

29 *ian.-1 februarii* 1967, *Bruxellis* et 7-8 *februarii* *Treviris*: Coetus 22 « de Rituali I ». Relator: Mons. B. Fischer.

8-12 *martii* 1967, apud *Nemi* (Roma): Coetus 10 « de Ordine Missae ». Relator: Mons. I. Wagner.

12 *martii* 1967, *Romae*: Coetus 23 « de Rituali II ». Relator: P. P. Gy, OP.

SUMMARIIUM DECRETORUM
QUIBUS DELIBERATIONES COETUUM
EPISCOPORUM CONFIRMANTUR

(februario-martio 1967)

EUROPA

Anglia

Decreta particularia: *Cardiffensis* (18 febr. 1967, Prot. n. A 194/67):
confirmatur interpretatio anglica Missarum propriarum.

Gallia

Decreta particularia: confirmatur interpretatio gallica Missarum et Officiorum propriorum dioecesium:

Anneciensis (26 martii 1967, Prot. n. A 250/67).

Lugdunensis (25 febr. 1967, Prot. n. A 183/67).

Germania

Decreta particularia: *Aquisgranensis* (20 febr. 1967, Prot. n. A 39/67):
confirmatur interpretatio germanica Officiorum propriorum.

Graecia

Decreta generalia: 17 martii 1967 (Prot. n. A 256/67): confirmatur
interpretatio hellenica Proprii Missarum defunctorum et ritus
exsequiarum.

Italia

Decreta particularia: confirmatur interpretatio italica Missarum Propriarum dioecesium:

Abellinensis (6 martii 1967, Prot. n. A 235/67).

Acèrrarum (6 martii 1967, Prot. n. A 243/67).

- Aeserniensis et Venafranae* (27 febr. 1967, Prot. n. A 35/67).
Arborensis (28 febr. 1967, Prot. A 188/67).
Auximanae (18 febr. 1967, Prot. n. 190/67).
Barensis (25 febr. 1967, Prot. n. 174/67).
Caietanae (16 martii 1967, Prot. n. A 226/67).
Calvensis et Theanensis (6 martii 1967, Prot. n. A 236/67).
Capuanae et Caiacensis (21 martii 1967, Prot. n. A 220/67).
Casalensis (17 martii 1967, Prot. n. A 247/67).
Cephaludensis (28 febr. 1967, Prot. n. A 187/67).
Civitatis Castellanae, Hortanae et Gallesinae (27 febr. 1967, Prot. n. A 122/67).
Concordiensis (14 martii 1967, Prot. n. A 241/67).
Conversanensis (8 martii 1967, Prot. n. A 238/67).
Dianensis (14 martii 1967, Prot. n. A 237/67).
Fanensis (17 martii 1967, Prot. n. A 229/67).
Feretranae (2 martii 1967, Prot. n. A 215/67).
Imolensis (28 febr. 1967, Prot. n. A 184/67).
Larinensis (6 martii 1967, Prot. n. A 242/67).
Mantuanæ (28 febr. 1967, Prot. n. A 203/67).
Materanensis (17 martii 1967, Prot. n. A 214/67).
Nolanae (2 martii 1967, Prot. n. A 212/67).
Pompeiana (16 martii 1967, Prot. n. 192/67).
Ravennatensis et Cerviensis (2 martii 1967, Prot. n. A 202/67).
Rubensis et Bituntinae (14 martii 1967, Prot. n. A 239/67).
S. Miniati (17 martii 1967, Prot. n. A 227/67).
Suessanae (18 martii 1967, Prot. n. A 261/67).
Surrentinae (2 martii 1967, Prot. n. A 208/67).
Tiburinae (20 febr. 1967, Prot. n. A 209/67).
Tricariensis (27 febr. 1967, Prot. n. A 189/67).
Tridentinae (18 febr. 1967, Prot. n. A 10/67).
Vercellensis (16 martii 1967, Prot. n. A 246/67).
Rubensis et Bituntinae (14 martii 1967, Prot. n. A 239/67): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum et officiorum.

Confirmatur interpretatio italica Officiorum propriorum dioecesium:
S. Severinae (28 febr. 1967, Prot. n. A 181/67).
Policastrensis (15 martii 1967, Prot. n. A 109/67).
Vallensis in Lucania (14 martii 1967, Prot. n. A 252/67).

Iugoslavia

Decreta generalia: 3 martii 1967 (Prot. n. A 217/67): confirmatur interpretatio croatica textuum liturgicorum quae invenitur in libro cuius titulus *Bogosluzje* (Makarska 1965).

Lituania

Decreta generalia: 4 et 16 martii 1967 (Prot. n. A 245/67; A 193/67; 24467): usus linguae vernaculae in Canone Missae¹ conceditur, et confirmatur interpretatio lituana textuum liturgicorum a Coetu Episcoporum propositorum ac textuum qui in Missali cuius titulus *Liturginis maldynas* exstant.

Lettonia

Decreta generalia: 3 martii 1967 (Prot. n. A 232/67): confirmantur sequentes interpretationes lingua lettonica:

1. *Baznīcas Lūgšanas*: pro orationibus Missarum de dominicis.
2. *Lekcijas un Evangeliji visa gada svētdienām un svētku dienām*: pro lectionibus Missarum de dominicis et festis.

ASIA

Birmania

Decreta particularia: *Myitkyinaensis* (6 febr. 1967, Prot. n. 3542/66): confirmatur interpretatio lingua kachim textuum quiveniuntur in libro *Missale et Rituale parvum* (Catholic Press, Tanghpore).

¹ Cf. p. 154 huius fasciculi.

India

Decreta generalia: 3 et 25 febr. 1967 (Prot. n. 3082/66, A 173/67);
3, 22 et 31 martii 1967 (Prot. n. A 210/67, A 264/67, A 258/67):
confirmantur sequentes interpretationes populares:

lingua santhali: Proprium Missarum pro diebus dominicis et festis;

lingua kannada: Textus rituum benedictionis et impositionis cinerum et Hebdomadae Sanctae; Proprium Missarum feriae IV Cinerum et dominicarum Quadragesimae;

lingua hindi: Proprium Missarum temporis Quadragesimae;

lingua gujarati: Textus *Sanctus*, *Agnus Dei* et *Requiescant in pace*.

Philippinae Insulae

Decreta generalia: 24 febr. 1967 (Prot. n. A 205/67): usus linguae vernaculae conceditur in Canone Missae.

Taiwan, Hongkong et Macao .

Decreta generalia: 13 martii 1967 (Prot. n. A 224/67): confirmatur interpretatio sinica variationum in ordinem Hebdomadae Sanctae inductarum.

AFRICA

Gana

Decreta particularia: *Accraensis* (22 febr. 1967, Prot. n. A 196/67): confirmatur interpretatio lingua twi Ordinarii Missae.

Tanzania

Decreta particularia: *Kigomaensis* (22 martii 1967, Prot. n. A 259/67): confirmatur interpretatio lingua ha rituum Baptismi, Confirmationis, Paenitentiae et Unctionis infirmorum.

Zambia

Decreta generalia: 24 febr. 1967 (Prot. n. A 185/67) et 20 martii 1967 (Prot. n. A 260/67): confirmantur sequentes interpretationes populares:

lingua citonga: Ordinarium Missae; Proprium Missarum pro dominicis, Communi Sanctorum et pro Missis votivis ac defunctorum;

lingua bemba: Proprium Missarum pro temporibus Nativitatis, Epiphaniae, Quadragesimae, et quattuor temporibus decembris; Proprium Sanctorum a die 29 novembris ad diem 30 iunii.

AMERICA

Bolivia

Decreta generalia: 17 martii 1967 (Prot. n. A 257/67) et 4 aprilis 1967 (Prot. n. A 274/67): confirmatur interpretatio lingua aymara Ordinarii Missae; et interpretatio hispanica praefationum particularium a Commissione mixta pro regionibus linguae hispanicae apparatus.

Carribeana Regio

Decreta generalia: 8 febr. 1967 (Prot. n. 3616/67): usus linguae vernaculae in Canone Missae conceditur.

Civitates Foederatae Americae Septentrionalis

Decreta generalia: 13 febr. 1967 (Prot. n. 3611/67): confirmatur interpretatio anglica Sequentiarum Missalis romani et, in proclamandis lectionibus Ordinis per ferias, versiones Sacrae Scripturae, quae nominantur a *Confraternity of Christian Doctrine*, DOUAI-RHEIMS-CHALLONER, KNOX, *Revised Standard Version*, *Catholic Edition*, *Jerusalem Bible*. Usus, insuper, linguae vernaculae conceditur in Canone Missae et in sacris Ordinibus conferendis.

Haitia

Decreta generalia: 16 martii 1967 (Prot. n. A 249/67): confirmatur interpretatio creola Ordinarii Missae.

OCEANIA

Nova Guinea

Decreta particularia: *Mendiensis* (21 febr. 1967, Prot. n. A 179/67): confirmatur interpretatio lingua wola Ordinarii Missae et praefationum communis et de Trinitate ac interpretatio lingua andikal Ordinarii Missae.

Nova Zelandia

Decreta generalia: 7 febr. 1967 (Prot. n. A 11/67): confirmatur interpretatio lingua maori Proprii Missarum de tempore pro diebus dominicis et praecipuis festis, praefationum Missae, ritus administrandi s. Communionem infirmis, Benedictionis Apostolicae in articulo mortis, et orationum pro seipso sacerdote.

Oceania Meridionalis

Decreta particularia: *Tonganae* (2 martii 1967, Prot. n. A 219/67): confirmatur interpretatio lingua tonga Proprii Missarum pro dominicis a Septuagesima ad I Passionis, pro feria IV Cinerum et in festo Purificationis B. M. V.

Lingua « esperanto »

Decreta: 27 ian. 1967 (Prot. n. A 30/67); 21 febr. 1967 (Prot. n. A 200/67); 13 martii 1967 (Prot. n. A 251/67): confirmatur interpretatio lingua « esperanto » lectionum Missarum a dominica Septuagesimae ad dominicam Paschatis, Missae votivae B. M. V. et Missae in festo S. Marci Ev.

SUMMARIUM DECRETORUM
QUIBUS CONFIRMANTUR INTERPRETATIONES POPULARES
PROPRIORUM RELIGIOSORUM

(februario-martio 1967)

Ordo Canonicorum S. Augustini, 20 febr. 1967 (Prot. n. A 34/67): confirmatur interpretatio gallica lectionarii et missalis proprii pro universa Congregatione Canonicorum Reg. S. Augustini.

Ordo S. Crucis, 27 febr. 1967 (Prot. n. A 180/67): confirmatur interpretatio neerlandica Missarum et Officiorum propriorum.

Congregatio Americana-Casinensis OSB, 24 febr. 1967 (Prot. n. A 191/67): confirmatur interpretatio anglica Missarum propriarum.

Ordo Cisterciensium Reformatorum, 22 febr. 1967 (Prot. n. A 204/67): confirmatur interpretatio gallica responsoriorum et benedictionum lectionarii proprii pro Officio vigiliarum, pro iis qui hanc partem Officii lingua vernacula persolvere possunt.

Ordo Fratrum Minorum, 6 et 29 martii 1967 (Prot. n. A 201/67; A 263/67): confirmatur interpretatio catalaunica Missalis romani-serafici et interpretatio flandrica praefationum, propriarum.

Ordo Fratrum Minorum Capuccinorum, 20 febr. 1967 (Prot. n. A 178/67); 8 et 17 martii 1967 (Prot. n. A 223/67; A 255/67): confirmatur interpretatio italica ritus vestitionis et professionis sodalium Terti Ordinis; interpretatio flandrica Missarum propriarum; interpretatio germanica lectionum et orationum Officii B. Ignatii a Santhia.

Ordo Fratrum S. Augustini, 20 febr. 1967 (Prot. n. A 176/67); 6 et 17 martii 1967 (Prot. n. A 233/67; A 253/67): confirmatur interpretatio hispanica et italica Missarum propriarum.

Societas Iesu, 27 et 28 febr. 1967 (Prot. n. A 211/67; A 185/67): confirmatur interpretatio italica et tagala Missarum propriarum et interpretatio hispanica Missae B. Ioannis Ogilvie.

Ordo Clericorum Reg. Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, 8 martii 1967 (Prot. n. A 221/67): confirmatur interpretatio catalaunica Missarum propriarum.

- Missionarii SS.mi Cordis Iesu, 4 martii 1967 (Prot. n. A 198/67): confirmatur interpretatio gallica Officii B. M. V. Dominae nostrae.
- Carmelitanæ discalceatae, 18 martii 1967 (Prot. n. A 234/67): confirmatur interpretatio catalaunica textus qui inveniuntur in *Ritual de les Carmelites descalces*, et interpretatio germanica et vietnamensis ritus professionis et velationis.
- Congregatio puellarum a caritate (v. Canossiane), 4 martii 1967 (Prot. n. A 231/67): confirmatur interpretatio anglica Missae B. Madalenaë a Canosa.
- Institutum Filiarum a S. Corde Iesu, 3 martii 1967 (Prot. n. A 213/67): confirmatur interpretatio italica lectionis et orationis propriae Officii B. Teresiae Eustochio Verzeri.
- Sorores a caritate, 17 martii 1967 (Prot. n. A 254/67): confirmatur interpretatio italica Officii S. Ioannae Antidaë Thouret.
-

Lingua vernacula in Canone Missae et in Sacris Ordinibus

Instantibus compluribus Coetibus Episcoporum, Beatissimus Pater Paulus VI, die 31 ianuarii 1967, benigne concessit ut ad experimentum lingua vernacula adhiberi possit in Canone Missae et in sacris Ordinibus conferendis (excepta formula sacramentali essentiali, si Conferentia Episcopalis id opportunum iudicaverit).

Huiusmodi concessio confirmata est per Instructionem alteram S. C. Rituum diei 4 maii 1967, n. 28 et fit hisce condicionibus:

a) *Textus interpretationis popularis in partibus supra recensitis adhibendus, a Coetu Episcoporum paretur et approbetur, atque « Consilio » proponatur confirmandus (Const. de sacra Liturgia, art. 36, § 3).*

b) *Editiones Missalis et Pontificalis, praeter interpretationem popularem, textum quoque latinum contineant oportet (cf. Instructionem 26 sept. 1964, n. 57; Decr. S.R.C. de editionibus librorum liturgicorum, 27 ian. 1966, n. 5).*

c) *Decretum tunc tantum promulgetur et in praxim deducatur cum ab Apostolica Sede textus popularis probatus seu confirmatus fuerit (Instr. Inter Oecumenici, n. 31).*

DE EXPERIMENTIS ORDINIS EXSEQUIARUM

